

mori, quæque nolint ab alijs exaudiri, quasi stillando insuffurrant in aurem. Homer. *Odyss.* 23. v. 401. *Asimoto capite, reliqui ne audire valerent.* Eurip. in *Ion.* v. 1004. *Accede, in aurem ut qua volo tibi eloquar.* Lucian. in *Gallo*, inquit: *Cum Syracusanis quibusdam ad aurem communicans.* Perlius, *Satyr.* 2. v. 21. *Quo tu Iovis aurem implere tentas.* Indicatur hoc carmine infania summa Caligule, de quo Suetonius in eo, cap. 23. *Inter diu verò cum Capitolino Iove secretò fabulabatur, modò insufurrans, ac præbens invicem aures; modò claritas, nec sine iurgis.* Quia res regni fortiantur felicem exitum si sub arcano; & palàm, frustratur votum. Dum per se Reges immediate nequeunt negotia exequi; necesse est eligere cui credi possint ardua regiminis & cum quò consilia communicanda: hinc assumitur à Davide Bannias seretarius, qui *Auricularius* dicitur, eò quòd cum illo graviora regni arcana secretò tractaret; quippe mos, loqui ad auriculam, quæ nolumus ab alijs audiri, caventes ne evanescat propositum, si in aures multorum manifestè delatum. Ita cavebant Iudæi, ne illorum nugæ vulgarentur, loquentes in aurículas muliercularum, de futura felici sorte; sicut modò faciunt homines ac fœminæ vagabundæ, quos vocamus Bohemos, Cingatos, Ægyptios, Vulgò, *Gitanos*. Unde Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 541.

*— Meditatur murmura præstant,  
Cùm dedit ille locum: cophino, fenoque relicto,  
Arcanum Iudæa tremens mendicat in aurem.*

Vide hic Isaacum Grangæum. In aurem etenim suffurrabant, quippe quæ loquebantur, clanculùm fieri oportebat, ne uti impostores, nugivenduli pleterentur. Quare liquet, loqui ad auriculam, idem esse, ac secretò loqui: quo intelligitur illud: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine* & *quod in aure auditis, prædicate super tectâ.* Iterat servator N. phrasem, *Luc.* 12. 3. *Quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.* Id est, in solarijs, quibus amici conveniebant sermocinandi gratiâ. Græc. *Acroteria.* Hisp. *Galerias, Azoteas:* ad quæ forinsecus parabat per gradus ascensus. Obitet elucet illud Christi: *Qui in tectò, non descendat tollere aliquid de domo sua.* *Marc.* 13. 15. *Super tectum:* quippe Iudæi tectâ habebant pervia, plana & tabulata; quin nisi domino introfûm concederetur aditus. Sat ergo pro Tautologia.

54. Modò in versiones. *In omnibus quæ audivimus auribus nostris.* Maluend. *Quod audivimus in auribus nostris.* Hebr. *Omninò prout audivimus auribus nostris.* Arabic. *In angustis suis.* Lyr. *In clausuris suis.* Pagn. *A clausuris suis.* Forer. *Auribus attendimus.* Alij, *Quæ nos audivimus.* Iuxta has versiones sensum Tautologiae enucleavimus. Audiamus igitur à Deo aliquid, ut simus Dei: equidem nostra interest,

ADINATON EXEGETICUM.

*Epilog. ex. I.* *Audivimus auribus nostris.* Ex auditu aurium procedit rectum iudicium. Singulæ aures debentur partibus litigij singularis: dicitur quæ à Principe meditanter, *Audire auribus*, ut constet audiendo auditus: equidem in causæ prudentem expeditionem non audit, sed obfuscescit; qui aure & non auribus audit.

2. *Audivimus auribus nostris.* Audire, & auribus, quorsum? Sunt aures cordis & aures capitis. Aures capitis in vocum auditam: aures cordis in vocum obedientiam: & in audiendi ministerium & opus, additur auditui auditus; igitur in auditum perfectum non satis aures, ni in vocum perfectionem inclinentur aures cordis.

3. *Audivimus auribus.* Indicatur geminatione modus, quo doctrinæ audien-

ti proveniat fructus. Aures etiam habet cor: aureque David in auditum multiplicat; ut constet, an audiens audiat: etenim nihil auditur ab aures, si quod auditum non retinetur à corde.

4. *Audivimus auribus.* Auditus ne vivacitas, vel signatur in geminatione surditas? Surditas planè, auribus tantùm audire. Debent audiri prædicatoris voces, ut in salutem tendant vulnera mentis: auditorque dicitur surdus, dum audit auribus, quippe voces non audiuntur, dum audiuntur ut audiuntur.

5. *Non est Deus extra te in omnibus quæ audivimus auribus nostris.* Hæcine, antequàm unigenitum misisset in mundum. Quid si videret in Christo amoris excessum? Quid si audiret sic amantis canticum novum? Equidem

dem haurientibus dulcedinem, proximoremque habentibus aurem, non bis videtur, nil posse conferri consonantiæ modulaminis, in omnibus quæ audivimus auribus nostris.

6. *In omnibus quæ audivimus auribus nostris.* Auris auditu non impletur: excessuque amoris Salvatoris impletur auris; quippe nihil ultrà, flagrante

pectoris flammâ: additque singulari rem amori sine modo modum, ut cognoscamus charitatis excessum; cum nil plus in demonstrationem charitatis, in omnibus quæ audivimus auribus nostris: siquidem triumplus illi de hominibus plus gloriosus; quia amore vicit, ab amore victus.

DIDASCALIA PRIMA.

Letalis auditio aurium sine ulla visione vocum.

**V**erba volatica, malignitatis signa, ex ore flammivomo suffurronis perproprie dicuntur ignis, quo (Videbis *Eccii.* 28. à v. 15.) *Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt, Eversa ab imo regna tot populos premunt.*

Senec.

Verba volatica malignitatis insignia.

Idem.

Luc. 8. 18.

Marc. 4. 24.

Publ. Syr.

Dolenti non detur fides.

lore sub velamine nitido amabilis inôcentia.

2. *Videte quid audiatis. Videte quomodo audiatis. Quid enitatem desinat, Quomodo regulam, sive formulam ostendit: & ut discernatur vocum audita quidditas, in modo audiendi signatur modamine qualitas; quandoquidem enunciat bitur quicquid soggerit prolubium, ni qui auriculam præbet, habuerit modum.*

Modus est regula, qua videntur ad libramen audita, ut constet integra cuiuscuius digna fama: & ad enitatem denunciantis signatur modus audientis; ut videat quomodo audiat: siquidem prudenter perpendens denuntiationem; cognoscat prorsus, nullam habuisse enitatem. Quidam ductus dulcedine cantus lascivix, voluit scire, an ita grata Philomela palato, sicut fuerat auditui modulamine consono. Illecebrâ gaudibandus comprehendit, sed comprehendam fastidivit: quoniam ubi stomacho expectabatur suavitate satietas, sine corpore invenit plumas & plumas: unde nauseâ (quia deglutire nequibat) bileque commotâ dixit: *Totum vix, nihilque præterea.* Vide Rufum Fest. Avian. in *Fabul.* Sicine usavenit suffurronis garuli cantus; ubi in audiente vocis dulcedinem, reperitur & modus. Plures voces audiuntur, quæ animum abdant quoniam voces suaves: sed harmoniam non formant, dum harmonicè formantur, si à prudente cum modo audiendi escipiuntur: siquidem exploratur à cordato modo audiendi, voces esse sine corpore. Sunt nonnulli voraces opinionis sub vocibus veritatis, qua minime placent, quippe stomachum non implent (Vernaculè: *No hacen buen estomago.*) & audita suaviter molestissimè ferunt, quia deglutire non possunt: daturque in veritatem auditui modus, ne in assertionem vocum riniat

Sit in auditione modus

Avian. Suffurri vocis sine corpore.

*Animo dolenti nihil oportet credere: Etiam innocentes cogit mentiri dolor.*

Air Publius Syrus in *Mim.* v. 252. Hinc quid audiatur considerandum, ne emergat ex auditione periculum: equidem quod officiosè auditur quasi à zelo flagrantis oritur solet quandoque à corde pravo dolente: & quod per aures concepit cor quasi verum, clarescit verè enormissimum mendacium. Videndum utique ab oculis mentis, quid hauserit auris; ne sit potestatis auctoritate præcipitium, in vulnus falsum medicaminis propositum: igitur magis impellit, quod proditur à do-

Tom. V.

Hhh 2

audi

auditus: etenim in libra fideli examinis, inveniuntur duntaxat voces & voces. Quid & quomodo audiendum ignotum falsitas est; & commendatur modus, ut per illum constet quid: quandoquidem post mulcimina vocum, post melodiâ murmurum, deprehenditur substantia vocis sine corporis substantia; quia totum vox nihilque præterea. Vox est, & quia vox iure dæpiscitur, plumis tantum quippe ornatur: siquidem corpus ad corpus vocis ita futile & exiguum; ut ad tantam crepitanem harmoniam, nullum in se fundamentum. Unde Ovidius de Echone, 3. Metam. fab. 5. accinit:

Cur similes  
Iusticia?

— In æra succas  
Corporis omnis abit, vox tantum.  
Vox manet.

Voces efformat pectoris malicia, ac ex vocibus auri conflatur harmonia, quæ cordi nocet, ni dæpiciat qui illam audit, cogitata esse posse, & posse non esse quicquid decantatur voce, opinione veritatis, ac veritate opinionis: veritate opinionis in remedium, opinione veritatis in derisum: etenim cum veritas exprimitur, si vox atque vox auditur; in modo audiendi, qui modus non audiendi, fraudes clarebunt malicia: harmoniæ quippe qui sonus, totus vox, & nihil amplius. Non habet homo communiorē vocem ad notandam falsitatem, quam Vox est. Ut evancant vocem entitates, dicuntur voces: igitur cum tantò distet vox à veritate, quanto veritas distat ab opinione; consideranda, verum entitates affruentes, minime voces huc illuc undecunque vagantes. Hispanicè: *A razones, que confirman, y no à las voces que corren.* Sane voces falsæ & voces veræ; in calumniæque musica, nonnulli nimis placet vocula falsa. Sæpe difficile cognitu in melodia vocis est, an falsa vel vera vox: an à corde puro, an à pectore læso, an à visceribus putridis, an à proposito pacis: modusque audiendi præfigitur; ut veritas à vocum falsitate discernatur: quippe non alius, ne tinniant aut bombilent aures; quam prudenter, altitè videre voces.

Quid veri-  
tar opinio-  
nis, & opi-  
nio verita-  
tis

3. Audivit Ioannes vocem de cælo, illicque de se dicit, *Conversus sum, ut viderem vocem.* Exprimit animi promptitudinem homo, ubi ad primam vocem sic conversio. Sanè audit, qui promptè obedit: igitur minime amabit crimen, quisquis converteritur, sequiturque vocantem. At hoc *Didasc. seq.* Vocem audivit, & conversus ad eum ut vocem clarè vi-

Apoc. 1. 12.  
Unde vera  
conversio?

deret. Vox auditur, non videtur; & Ioannes auditam intendit videre vocem; ut vocis vagæ deprehendat per lumina veritatem: equidem cum sint momenta regiminis, distinctio veritatis à falsitate vocis; haud muneris incumbit, ni videat voces quas audit: quippequam auditu solo, qui fallitur, si incircumspectè pellicitur (accedente causâ viduæ, & reclamante potente) vocem dicit veritatem, atque veritatem vocem. Visus est vocis examen ex suppositione vocis, an fundetur in aère, an egrediatur à pectore. In pectore corpus habet, in aère aëris motionem ostendit: videturque vox sedulo in vocis iudicium, ne sit in operationibus regiminis temerarium: igitur plerumque vocibus atque vocibus, rumoribus ac murmuribus, audita designante commotionem; qui videt, videt nec corpus nec entitatem. Perpende *Conversus*. Vocem audivit & conversus est ad vocem: equidem cum in modo audiendi sit in fallaciam curiositas; vel prudens sollicitudo, ut clareat veritas; sollicitè Ioannes convertitur, unde vox audita trahitur: imprudentiam quippe sonat, modò audiens nesciat, si quid vocibus spirat; unde veniant, aut quò vadant. En modus prudens audiendi. *Unde* est pectus denunciantis: *Quò* propositum obloquentis; convertiturque audita voce; ut sciat quò progrediatur & unde: siquidem in felicitem vocis exitum, debet examinare & pectus denunciantis & propositum.

Quo modo  
audita vi-  
denda?

Ioan. 3. 8.  
Cur auris  
difficilis de-  
bet esse?

*Habet suum venenum blanda oratio:  
Difficilem oportet aurem habere ad crimina.*

Succinit Public. Syr. ubi supra, v. 171. Accedit adulator, quia principi voce blanditur; & promittit vocem vel in vindictam absentis, vel in propositum muneris: sciendumque unde vox illa veniat, aut quò vadat, ut præclare qui audiverit scelerat, dum cognoscitur pectus, atque pectoris intuitus: igitur illic ad vocem conversus, cognoscet ex artificio, vocem oriri à pectore in ultionem venenato, & simul à corde dignitatis ambitioso. Sciendum est, quis dixerit, et constet unde: & simul quò, qua intentione; quippe sine conversione ad vocem, ut quò & unde libretur in examen; calumniam auditor credit, & innocentem vexabit: siquidem in voce videre noluist latens propositum ambitionis, & malignitatem pectoris. Aurem difficilem ad crimina habere congruit, dum oratio blanda accesserit, ne

Publ. Syr.

Har d detur  
fides voci-  
bus ultionis  
& ambitio-  
nis.

sepeliatur veritas, & suscitetur auditoris facilitas: equidem quod auri videtur gratum, patet in corde venenum.

Ubi sup.

4. Audiendi modus videtur utilis & oscitantia in regimine lethalis. *Videte quid, & quomodo audistis.* Si auditus est potentia necessaria, quomodo in electione quæ audienda? Non est libertas in auditione, sed in modo audiendi: modusque indicatur, ut sit voluntarium quod auditur: equidem si audita creditur vox, & per modum audiendi ignorat auditus quid: in corde sedebit toxicum, quod autem titillans, intronissum uti verbum. Ideo dicitur: *Videte*: videndam verbum, quia cæcè auditur, ni visum. Audiantur verba, & ante verba sint verba consideranda: igitur cum delator inferat virus, quando in verba aperit pectus; lues efficacissima impendit, si auditor verba non videt: patebit sanè in patera facilis verbi, hausisse infectionem detestabilis aconiti. De Lyfidia refert Plutarch. in *Lycurg.* nutritum fuisse veneno, crudelissimo intuitu: igitur quos interficiebat aère pectoris studiosè pestilente, videbantur interire verborum ingentia maiestate. Etiam ars in exterminium hominum est argumentum vanitatis magnatum; quasi elicit maiestatis auctoritas, inexcogitabilis ab humano crudelitas: sed parvi ducunt subditorum necem, modò hautiant ex actione alicquam vanitatem. En susurronis symbolum in cladem hominum. Accedebat Lyfidas quasi aliquid secretò ingerebat auribus, & erant verba presentissimum virus; mortuo audiente, qualibet ab eo articulata voce: igitur in verbis haud efformabat eloquium, sed conficiebat venenum, quoniam pectore putrido, & halitu venenato, idem erat verba in audientem proferre, ac pestilentiam in mortem eiaculari. In huiusmodi cladem ministratur antidotus, dum designatur in audiente audiendi modus: equidem si non viderit quid audit, in poculo splendentis fallacis labij, bibet auris audiendo totam potionem veneni.

Cæcè cur  
auditor, ni  
audita vi-  
deatur?

Artificium  
crudelitatis  
Lyfidia.

Quod vide-  
tur verbum,  
est aconitum

5. Ferè cuncta animantia virulenta habent venenum in lingua. Lingua in homine est instrumentum sermonis, conceptum mentis interpretis: notaturque audiendi modus, ne loquentis noceat virus: igitur si modum negligit ratio, labili eloquio; in malum sentiet aure non audivisse hominem, sed purulentum serpentem. Quænam vulnera non intulit mundo primus cum serpente sermo! Videbatur uti-

que in mulcimen speciosus; sed ibi latet diabolus. In ostensionem regis maiestatis mos Mexicanis Monarchis fuit; alere vivaria serpentium, & iuxta illa collocare mansiones scurraurum & ludionum. Hispanicè *Bufores*; nescio an à bufonibus reptilibus, quorum tabificus halitus. *Vide Solis*, in *Histor. novæ Hispan.* lib. 3. cap. 14. Infelices sanè principes, quæ oblectamenta & ludiones & serpentes: Infantiam arbitror huiusmodi voluptatum; sed prudentiam, vicinam utrorumque conjunctionem; ut quisque caveret à susurronibus, quasi à serpentibus: quandoquidem perinde virus in lingua serpentis; ac in verbis susurronis. Ambiguum est, quis à quo fugit saniem in hominum stuporū perniciem: verum incoactumque presentius esse virus delatorum; quia effectum vastè sortiuntur insidiæ, sine veneni latitantis cautione: igitur dum cogitatur aure ab homine accipi verbum innocuum; ex commoto stomacho à prava vitæpera claret traxisse venenum.

Solis.

Susurronis  
serpentes.

*Garrulitas odiosa datur, linguaque venenum,  
Verba maligna novas mustantis semper ad aures,*

Manil.

*Crimina per populum populi fert ore blingui.*

Cur mali-  
gniores?

*Nulla fides.*  
Uti canit Manilius, 4. *Astronom.* cap. 2. v. 73. Quænam ori bilingui fides inerit dum ludio lycophantice illi refert, quod placet; illi, quod displicet? Verba omnino maligna sunt, quia hominis videtur vox: tuncque musitando virus gliscit in corde gravissimum; quia non serpentis, sed hominis excogitatur verbum.

6. Contra dedicantes Domino, quos respuit palati libido; præcipitur *Levit. 11. & Deuteron. 14.* immunda nec sacrate, nec comedere. Homines ufuventi inhabiles sæculo, sub ecclesiastico, aut religioso invito submitti iugo: simulque signantur & sacrandæ & comedenda; quia fas non est templis sacris destinare, quos sæculum præ turpedine nequitæ naufragi deglutit. Fædè in altari ac congregatione apparent, quos patres horrent. Inter inhabita notatur Hebræis mustela. Hæc ore parit, quæ aure concipit. Novatiano de *Cibus Iudæis.* cap. 3. Petr. Cunnæ de *Republ. Hebr.* lib. 3. cap. ult. Aben ezra, alijque Rabbini placuit, in his animalibus, conditionis hominum symbolis, interdici hominum conditiones. Unde vel Ethicus de *Iside & Osiride*, inquit: *Man Belam*

Quod & qui  
contemptivi-  
les mundo,  
sacrantur,  
Deo.

Levit. 11.  
29.

Musleq con-  
ditio.

Plutarch.

Helam adhuc multi putant, & dicunt, quod aure inatur & ore pariat; sermo- nis ortum exprimeret. Etiam Ovidius, lib. 9. Metam. fabul. 6. fuccinut de Galanthe de in mustelam mutata: Qua quela mendaci parientem inuerrat ore,

Ovid.

Ore parit, nostrasque domos velut ante frequentat.

Exiguæ cogitationes viderentur Deitatis, quasi maiestatis fastidia, ni in hieroglyphicis ad hominis salutem intercederet momenta. Quod auerfatur in symbolis, auerfatur etiam in pectoribus humanis. Aure concipiunt, & conceptum ore profertur. Clarene venena, igitur conceptus auris vagiunt in lingua. Quod est in cuspide linguæ, stomachi facilitate, præcipiti labios in digestionem debet prudenter collocari in stomacho; an conceptus operationibus gliscat, vel temporis decursu subventaneus evanescat: & qui mustellæ in conceptu imitatores, ad regimen imprudentes; quippe notat auditoris imprudentiam, quicquid concipit auri, ducere in becnam. Ore profertur, est asferere ut factum, quod aure facili auditum: & ubi splendere debet veritas, cordis noscitur facilitas; igitur facile credit, qui credit quod aure concipit. Parer: si conceptus sit per aurem, lingua duntaxat parturire potest vocem; & ortus solummodo vocis, non est ortus veritatis.

7 Mustellæ occurfus olim ominosus, uti tradunt Pier. Valer. lib. 13. cap. 28. Erasim. 1. Chiliad. Centur. 2. n. 73. Alciat. Embl. 126. Unde illud: Mustella tibi si occurrat, omittit.

Alciat.

Causam asfert Plinius. Fel contra aspides dicitur efficax, cætero venenum: lib. 29. cap. 4. Cap. 5. Veneficijs ex mustella: & lib. 32. 2. Tanta est aviditas ipsius veneni. Cuncta sanè prætereunda, quando occurrerit homo sicut mustella: si ipsa tota venenum, & præstantissimum; occurrere huius conditionis hominem, erit merito ominosum: siquidem in aurem instillare non valet, nisi virus quod concepit. Fugere oportet vel occursum mustellæ, ne lues ingeratur auri, & tanta lues: equidem si efficax venenum aspidum; inter venenum & venenum, facius occurreret aspidem, quam adinstat mustellæ susurronem. Fel mustellæ perniciosum demonstratur, & quod etiam veneficijs obsequitur: imago est malignantis delatoris, & stolidissimi principis, dum notitiam arbitratur oriri à corde, quæ procedit vitulen-

Plin.

Susurronis venenatum, efficacissimum.

tissima à felle: equidem cum non cognoscatur nisi curiositate, incuriosè curiosus bibit perniciem. Veneficum dicitur, quod philtum cordis, amissa pretiositate libertatis pro aviditate in optata, atque propensione in nocua; ut contingit magnati- bus cum huiusmodi mustellis: autè ludijs, quousque dolore sapiant, quam noxiè prava concipiant; etenim quod videbatur affectione cordis philtum, est à fel- lis amarore in cor ingestum venenum. Quid mirum, si occurfus odiosus? Qui- libet prudens auerfatur virtus: & in homi- nibus mustellatis diligentius cavetur; quia potentius contagiunt exhauritur: igitur præsentissimum toxicum, quod efficacità superat venenum aspidum. Qui toxicata bibit, sit etiam virulentus. Haud secus delatorem audientis lethalis halitus; quo- niam pestifera verba; dum venenata sunt ora: mustella arceatur à mentis, ut pestife- ri etiam arceantur homines: quandoquid- dem nemini placet comedere, quod ne- quit totis viribus concoquere, provocans in fastidium, quicquid ut virus conmo- vet stomachum. Vernaculo vigilenter æquivo: Prohibese el poderse comer, por- que un mal fin no se ba podido tragar.

Quare mustella fugi- tur

Quod auri placet uti philtum, cordi displicet ut toxicum.

8 Quæ pelles Reipublicæ & toxicæ sunt tyranni dulcissima oblectamenta. Nunquam susurri placent, cui crimina displicent: tyranni que oppletis iniquitate, ex iniusta subditorum vexatione, sunt murmurata grata; quippe sava præsunt perturbata conscientia: summittitque sollicitè delatores, an quæ latent, alios non lateant iniquitates; & scientes, cautè ex- auctorentur, vel imposturis plectantur: quasi nimirum crimen esset, mala mala cognoscere; laudabile, mala facere: quan- doquidem impunia vagantur facta iniqui regiminis, atque dirè multantur tyrannidem cognoscentes.

Sed quid violentius aure tyranni? Dixit Iuvenal. Satyr. 4. v. 86. Instat mustella parit ore, quod concipit aure: quam quidem petulcam, verminantem, prurientemque gestat, ut ore venena biliosus statim proferat Ciphra O circulus, five orbiculus arithmeticus nihil significat, quippe tantum sonat; & sæpe multiplicato additum lemma: Hoc per se nihil, sed si minimum addideris, maximum fiet. Ita Octav. Strad. tom. 2. Symb. 14. à quo sumptit Picinell. in Mundo Symbolic. lib. 19. cap. 10. num. 41. In innumera crescit quod erat nihil, si aliquid est minimum additum. Ecce æpigma susurronis & ty-

Susur- rones placent tyranni

Iuvenal.

Octav. Strad.

lan-

Achil. Bocch. Enigma de latoris, & maligni præsidis

Job. 28. 25.

Dant pondus ventis.

Ovid. 9. Metam. fab. 11.

Et proprias tunc ostendunt iniquitates.

ranni præsidis. Ex nihilo nihil coalescit, estò malignus plures circulos addiderit. O nihil est: accinit Achill. Bocchius, Symbol. 71. Unum numerus non est, sed cum multiplici ciphra innumerabile fit. Unde cum tyrannus in favitiam properet; si delator unum addit, quod unum in aure, innumera sunt in corde: queriturque de ciphra, quæ quidem nihilum, quasi calculus esset de summa rerum.

9 Facit tyrannus, cui cordi sævitia, quod solummodo miramur in divina omnipotentia; quæ omnia condidit in numero, pondere & mensura: at quia nihil violentius aure tyranni; cuncta pro numero destruit sine mensura, vel pondere. De illo dicitur: Qui fecit pondus ventis. Idem facit furiosi præsidis auri. Vox susurri ventus est: à delatore sine pondere sit vox. Nihil interest sine pondere quod sit: & ex auditu facili dat pondus ventis: quoniam æstimat uti pondus furenter iratus, quod in se non habet pondus. Ventus ponderaretur vox vaga, ut nihilitatis ciphra, quæ studiosè prætermittitur; quia nihil non observatur. Unum à delatore accipit auri; & tunc datur pondus ventis, haudquaquam ab entitate, sed à lace- rato iniquitatibus corde; quin consideret venti libramen indicare vel fatuum, vel furentem, excitatum à malevolo, in quo ultionis cogitatio: igitur dum nihilo studiosè in numerum addidit unum, addidit in pondus sine pondere ventum.

Somnia pondus habent? An habent? Somnia pondus?

Habent profectò, ubi quasi crimen ulciscitur præsidis furor, quod somniavit calumniator: igitur pondus vocis librat dolosa statera auri, cum voces nullius fiat ponderis. Scit criminator pectus præsidis facium, & cogitat vocem deserre in obsequium, quasi condolens vicem accipitis gravitate regiminis, & amaritudinis immeritò faucij cordissiqua in animæ desiderijs peccator arte laudatur, & iniquus benedicetur. Suggestor auri mendacium, quod movet in innocentes stomachum, arbitrante magni ponderis præside, quod sanè nihil, & inscizia subditorum prorsum imaginatione; quoniam ut in illos fureret, malignus callidissime somniavit: præfescum in præcipitum notitià fertur, & simul internum ulcus atque in prudentia cognoscitur: equidem cum malignus quantum latret in aurem, non pondus mit- tat, sed vocem; præses specie arreptitius tribuit non ponderi pondus.

10 Ulterius. Nemini grave, quod vox audiatur vagabunda sine pondere. Nemo dolet sine vulnere. Unde si facius dolet, dum fator tumoris mulcet; dolet quia vulnera vult habere, sed non cognosci. Pondus est in iniquitatis plaga, & non in plaga notitia, de qua minime doletur ni cor habuisset. Pondus est felicitas, nequaquam vocis, quæ non habet pondus, quandiu non fuerit iniquitatis ulcus: & relicto à præside pondere iniquitatis, dat furenter pondus ventis: quippe quæ cum velit feruari honorem, & simul fovere cri- men; haud irascitur quia vulnus in scan- dalum habetur, sed quia in dolore, aut medicamen cognoscitur. Liqueat. Abomi- natio est pondus & pondus. Quisquis male agit insidiatur rectis, quippe contrarij operibus suis: cognoscit enim tacite iudices, vel hostes; quos tabescens videt testes. Ignorat apud illos esse notitiam, ex qua dedecus emanat in famam. Susurro monet, & audiens faxò escandescit. Unde iracundia? A nota plaga. An à vulnere, vel à voce? Ab utroque sanè; sed potius à pravitate affectus, quo persequitur uti vindices iustos: etenim quod in alijs vox iudicaretur & non amplius; erga odiosus averfantes est sine pondere pondus.

Cur tyranni querantur de murmuribus?

Prov. 20. 23

11 Affectio profectò depravat Principis aurem, quin cogitit vulnus exulcerati per susurronem: igitur degebat dedecoris ex ulcere ignarus, & per illum cognoscit, cognosce vulnus, quarensque curiositatis mulcimen, à blandiente lingua per aurem accipit acerbiter. Nescio, quid habet apud Principes tumesculus, quo pruriunt aures & pectus; cum magis propendeant in noticiis creperas, sepeque fictas ad aurem garrientium, quàm in veraces & nadas consulentium Senatorum; maxime cum hi loquantur in Principis quietem, & illi rumore confundant pacem.

Quos leniter afflans

Aura susurrantis possit confundere venti. Dissimulant sanè scabiem curiositatis auctoraminiè venerandæ celsitudinis. Hinc factus Regum Perfarum, quos alloqui nefas subditum, nisi per ducibulum ex calamo aut cannis factum; uti observant Barnab. Briffon. de Regn. Perfar. lib. 1. & Mendo, in Princip. perfar. Emblem. 61. n. 18. Haud potest cum Rege loqui, qui verbum dicit; sed tantum qui verborum infundibulum habet: quandoquidem ne- quibat sine arundine videre Regem, nec aulæ

Quare pro- pendent in delatorum voces, & fugiunt anti- coram veritatem?

Virgil. in Calic.

Ridiculus ritus Regum Perfarum.

aulæ tangere limen. Hæcine quæ videtur angusta maieſtas, eſt inſania vel malignitas. Inſania, pervertentibus naturæ methodum, quæ dedit os ad eloquium, ſine commendatione maieſtatis ex titibus rationalitati ridiculis, ex quibus riſus ſolior, & non circumſpectus honor. Malignitas, applicato auditu calamo, quo nomine inſignitur ſufurro: quandoquidem pluris ducebant, quàm à ſyncædis audire verum, per ſufurronis calamum ſtatim conductum. Neſcio, an ab huiusmodi ritu Noſtrates dicant: Soplo, aut Cañutazo.

Latine, & Hebraicè, uti notavimus Tom. 3. T. 10. D. 1. num. 13. eſt vox æquivoca: crenim calamus ſignificat arundinem & ſagittam pervolantem. Appoſitè in noſtrum propoſitum igitur verba ſufurronis per ducibulum labij, non verba ſunt ſed ſagittæ: oſtendunt quippe effectus instrumenta, manantia ſanguine vulnera: ſiquidem honoris, atque cordis vulneratio procedit vaſtrè à calamo, quaſi à telo.

12. Iccitò David, qui malè audiebat apud cor & aures Regis; dicit Domino: *Increpa ſeras arundinis.* Deſtruc in arundine ferax; igitur ſeræ feræ raptis cautulis non faceret, quod per ductum arundinis ſtatu verborum conſiciunt malevoli ſufurrones: impingitur namque in pectus altiſſimum vulnus, ſagittæ arundine ſtatus. Volat rumuſculi verbum per cavum calami artiſcioſè conductum; quod quidem uti vox levis: at cum excandecat per ducibulum audiens; ſtatus patet quanta petis: quippe quàm quod non cautum videbatur levis ictus ab arundine; per vulnus conſtat moleſtè, quod à ſagittæ volante. Nonnunquàm malignus verbum abſcondit, & ſimul abſconditur; quoniam ſagittæ ſtatus haud habebitur effectus, ſi cognofcatur: igitur veritatem os non ſpirat, ſed in veritatem reſtat. Indicat notam, vel non notam ſine indice; unde arundinis ſunt feræ: quæ quidem clanculum per calamum vibrant & ſtatim & telum; quin deſenſioni rationali detur locus, cum non videatur cauſa, ſed tantum vulnus; igitur quod inſignitur, meruiſſe creditur: quare, inſiſtèntè penà, ignora cauſa, latente teſte; ſine crimine corde, & pravà affectione iudice, ſeras arundinis David perſecutus vocat; quoniam neſcit vulneratus, unde ſagittæ conductu calami veniat. Hinc factus Princeps dicit innocuus:

Verba ſufurronis teſta & ſagittæ.

Psal. 67, 31.

Cognofcatur per vulnèra.

2. Reg. 7, 22

*Auribus noſtris audivimus.* Si audite profert, quorſum *Auribus*? Ut perfectus in Principe ac iudice ſignetur auditus. Qui

autè audit, audit accuſatorem; non accuſatum; reſpondeat ad obſectum. Qui auribus audit in litigio cauſe, audit utrumque. Sine affectu ab auditore conſideranda cauſa, ut ſplendat in tribunali iuſtitia: & auribus audire ſe dicit; quippe auditur ſurdeſcit, ſi aure & non auribus audit.

13. De ſtolido Claudio reſert Suetonius in eo, cap. 15. *Absentibus ſecundum præſentes facillimè dabat nullo delectu, culpave ne quis an aliqua neceſſitate ceſſaſſet.* Taxat Seneca in *Ludo*, de illius morte, & in *Midea*, v. 199. dicens:

*Qui ſtatuit aliquid, parte inaudita altera, Equum licèt ſtatuere; haud æquus ſuit.* Aprè Apuleius *Metamorph.* lib. 10. *Nec adinſtar barbarice ſeritatis, vel tyrannicæ impotentia, damnaretur aliquis inauditus, & in pace placida tam dirum ſeculo proderetur exemplum.* Gentilis Symmachus etiam ad Imperatores Catholicos, lib. 10. *Epist.* 47. inſit: *Quæſo igitur, ne in contumeliam iudicij veſtri & iuri & innocentia fraus paretur. Quando enim abſentibus atque ignorantibus inter alios geſta nocuerunt? Quis tanquàm ſententiam numinis veſtri inauditus excepiſſet? Hæc tyrannica impotentia, atque ſeritas barbarica fraude innocentia ac iuris, graſſatur ut peſtis ex ſecreta, clancula, falſaque notitia ſufurronis: equidem perturbat placidâ pace, mediâ arundine auditur, & contra abſentes & neſcientes ſagittæ ultionis è manu potentis fulminat: aure profectò index & non auribus auditur, quando follis in aurem inſuflavit; quoniam modò audiret auribus ſine pravâ affectionibus, ex auditu per conductum arundinis non condemnaret, antequam iure condemnandum audiret. Derogat Princeps iudicio, quicquid tribuit flexo futili calamo: igitur credit ſtatim, inſuſtationi per ducibulum arundinis, quaſi loqueretur oraculum veritatis. Sciunt peſtiferi commoda haud poſſe acquiri dotibus, & fatagunt ſibi conſulere ſtatibus; ut accuſentur Principis gratiam per arundinem, quantunvis dirigant ſagittas in innocentem, foveaturque invidia Principis per fidem omninò perſidam delatoris: equidem ſufurroni emolumenta ex proximorum per calamum præmeditata diſcordia.*

14. Ideo nunciatis zizanijs in agro, cuius intererat, dixit: *Inimicus homo hoc fecit.* Inſeſtum ſanè pectus. Si ſunt zizania, fecit profectò inimicus: igitur tanta diſcordia ſuperſeminata in agro cordis paciſici, duntaxat ab inimici innata mali.

Qui index audiendus dicitur

Sucton.

Senec.

Apulei.

Symmach.

Iudicium ſine notitia ſingularum partium, non eſt iudicium.

Matth. 13, 27.

1. Ioan. 8. *lignitate. Totus mundus in maligno poſtus eſt,* quippe ſuperſeminatis zizanijs, in pacatis non eſt pax, ultrò citroque deferente audita vel non audita ſufurrone, & rumores circumſtante; ut nancifcator commoda ex naufragæ paciſ commota procella, malignitate fluctus excitante, applicatâ lingua arundine, ut vellicet indicibus aurem, & mittat Princeps, quò miſerit, fulmen. Quid non mali, ſi incurioſè creſcerent; dum ita incommoda, quàm apparent: inimicus homo ab aliquibus intelligitur demon. Unde Sapient. 2.

24. dicitur: *Invidia diaboli mors introiit;* quin fit diſcrimen inter diſcordiam & mortem: etenim vivere ſine pace, appoſitè eſt vitæ mori. *Inimicus homo: demon.* Demon & homo? Profectò. In qua non impellet cum invidia ſiculoſa ambitio? Seminabit & ſuperſeminabit diſcordias, modò micet vel à longe præſumpta utilitas: ſiquidem machinatur tricis ac tricis, irretitis cunctis, cordibus replicatis per arundinem embolium, quod non faceret, ni demon. Dæmonium eſt, quando per illum deturbatur & demùm exulat pax: quandoquidem ſufurris & ſufurris hoſtis apparet paciſ & hoſtis humani generis. Audite inferni furiam ita clamantem in ſufurronem, apud Claudian. lib. 1. in *Rafin.* v. 74.

*Improba mox ſurgit triſti de ſede Megera,*

*Incluſam rabidiſ pateſcit vocibus tram.*

*Me tradente dolos, geſtus, artemque nocendi,*

*Edidicit ſimulare fidem, ſenſuſque minaces*

Claudian. *Protegere, & blando fraudem prætexere riſu,*

*Plenus ſævitiæ, luerique cupidine fervens,*

*Ardebit maiore ſiti. Quàm fallere mentes,*

*Doctus, & unanimes odijs turbare ſodales!*

*Talem progenies hominum ſi priſca taſiſſet;*

*Piritibum fageret Theſeus: offeſſus Oreſtem*

*Deſereret Pylades: Odiſſet Caſtora Pollux.*

*Ipla quidem ſatvor vini: raviòque magiſtram*

*Prævenit ingenio. Nec plus ſermone morabor:*

*Solus habet ſclerem quicquid poſſedimus omnes.*

Nil mirum quòd diabolium dicat, zizania qui ſuperſeminat: igitur dæmonium & non homo, in exterminium progreſſus ex

Tom. V.

inferno, qui inferni peſtes & omnes huè, illuc profert per conductum arundinis.

15. *Multa conſiſta in me* (inſit Apuleius in *Apolog.* 1.) *mercenaria loquacitate efficitur: quæ eſſi poſſunt ad bis ſutiliter blatterata ob mercedem & auctoramenta impudentia deprehenſa haberis iam conſeſſo quodam more rabuliſ id genus, quo ſerina ſolent lingua ſue virus alieno dolori locare; tamen vel meâ cauſa paucis reſellenda ſunt: ne videar cupiam, ſi quid ex frivoliſ præterito id agnoviſſe potiùs, quàm contempſiſſe.* Sat reſelluntur, dum ſicta; ſed amplius, quia ſicta in auctoraminum commoda, diſpoſitâ arundine, mercenaria proieci, contaminati, adoxi loquacitate, cum colluvie vitorum, ac corde ſentina ſclerem: ſiquidem ſine impoſturus, per calami intermodum effatis; ſpei & ſpei eſſet proſum ex aborſum ſuffocatio, quam rumuſculi calore iam conceperat ambitio. En quo modo mundus in maligno poſtus eſt, & mundus totus: igitur quia malignus non homo, ſed diabolus: modò fornet embolium, minoris habet conturbari ac perverti totum mundum. Vernaculè: *Como dè el cañutazo, no repara en alborotar el mundo.* Graphicè deſcribit vigiliæ curas malignantis ſufurronis, Ovid. lib. 12. *Metamorph.* fab. 1.

*Quod eſt uſquam, quanvis regionibus abſit,*

*Inſpicitur, penetratque cavas vox omnis ad aures.*

*Fama tenet, ſummæque domum ſibi legit in arce,*

*Innumeroſque aditus, ac mille foramina teſtis*

*Adidit, & nullis incluſit lumina portis.*

*Tota fremit, vocisque reſert, iteratque quod audit.*

*Nulla quiete intus, nullaque ſilentia partes; Nec tamen eſt clamor, ſed parva murmura vocis.*

*Illic Credulitas, illic temerarius Error,*

*Vanaque Lætitia, conſternatiq; Timores;*

*Seditoque recens, adubioque auctore ſuſurri.*

Quale non malum, feris his comitantibus ſufurronum, maxime cum audientis credulitate, & temerario incredibili errore; ita ut in vocis inarticulata murmura, vel in teſtis mille fierent à curioſitate foramina? Aptius, qui paſſus, ſolicitudinem, curamque malignam calumniatoris oſtendit. *Adverſum me ſufurrabant omnes inimici mei;* inquit David. Apud Principem quod

Apulei. Eius ſerina lingua.

Et ambitioſa intentio. Ubi ſup.

Ovid. Hypnotiſopiæ vigiliæ ſuſurronis.

Psal. 40. 8.

par erat conciliare gratiam, conciliavit invidiam: falsisque delationibus inimici lenocinabantur infesto credulo cordi; ut calumnijs periret qui sine crimine. Sevum apponebatur mustelis, nucleique fractis nucibus simijs. Vide, si fugit verborum acumen, Erasim. Adag. Cbiliad. 1. Centur. 4. num. 11. Sed quare adeas? Dicam dia-

Delatione obiectamina tyrannorum

lecto vulgaris idiomatis. Era su comidilla. Esso quera la Mona. piñoncitos monados. Quilibet machinabatur dicibulum, ut loqueretur ad Superioris palatum; abdicens gloriam Israëli, lætitiã, honorificentiamque gentis omnino futilis, ac ad virtutum inhabilis, sine quo semper fuisset sub captivitate Goliath, quanvis rabido genio, citius eligerent esse sub tyranno, quam sub illo, cui non adhæsit cor pravi, nec cognoscebat malignum, persequens iusto conato detrahentem secretò proximo suo: continuo dicens: *Quis confurget mihi adversus malignantes?*

Pl. 93. 16.

16 Modò in textus difficultatem. Ut effectus suffurri constet, latere debet. Opportunitas sanè labitur, si aliquo murmur murmure auditur: etenim tanquam è situ- la tormentaria, prius perfectus erit ictus; quàm videatur flamma, & adiatur strepitus. Nostros: *No se hac tiro, si se conoce el chispazo.* Si inimici David ita in tendiculis canti, ut nec scintilla micaret è pulvere, cum totum versatile exofrum ad Principem conduceretur per calamum; quo prudens cognovit indice, adversus se inimicos suffurasse? Ex curiositate insidiantium, illorum malitiã cognovit studium; & quòd mala cogitarent, dum ita sollicitè ac accurate viderent. Contem- plare methodum. Si (aliquis eorum, inquit) ingrediebatur ut videret; vana loquebatur: cor eius congregavit iniquitatem sibi. Egre diebatur foras & loquebatur. Ingre diebatur, egrediebatur: & ut videret, ac loqueretur quod viderat fide vel verè erat totum egredi & ingredi: Ingre diebatur, egrediebatur. Ingre diebatur ut videret: egrediebatur ut visa nuncia- ret, congregans iniquitatem sibi, ex his quæ viderant vel non viderant oculi: igitur loquebatur non quæ dicebat veritas; sed quæ sibi ex corde congregaverat iniquitas. Ingre diebatur & egrediebatur. Ingre diebatur species novas in arundinem quærens; egrediebatur illas in rumusculum confingens: unde loquebatur vana futilla, quia quæ egrediens loqueba- tur, erant à sola phantasia. Ingre diebatur, ut cuncta circumcirca conspiceret: egre-

Ubi curiositas sibi suffurri maligna.

Pl. 40. v. 7.

diebatur ut non visa sed cogitata narra- ret, atque murmura cunctibus vocibus in summa creferent, cum auditis aliquid novi auditores adijcerent: astruitque David, pro comperto habere, adversum se malignantes suffurasse; quippe acquibat esse nisi à pravo delatore, atque suffurione iniquitas, tanta ingredientis curiositas, & egredientis loquacitas.

Exercitia suffurionis.

17 Perpendamus intuitum ex ipso ore malignantium. Dixerunt, quando morietur & peribit nomen eius? Nomen? Utique. Haud ænulli rumpentur eò quòd viveret; sed quod nomen iure haberet. Parvi videbatur futillum actor, nisi ab illo callide vulneraretur honor; cum- que in malignos pugnet motum probitas, simulque vitalitas; quærentes vitam magis appetunt nomen, ut decapitent futis auctoritatem: siquidem flocci erat in propostum extincta vita; nisi rumusculo ac rumusculo dedecoraretur fama. In morbo constitutum amali extinctum cupiebant (ait Genebr. hic in Argument. & in Commentar.) Hypotyposi hypocrisis insidiantis sue valetudini. Si me visebat velut officij causa, vana loquebatur, ficta mendacia: dicebat quæ viderat in visitatione mea. Unde haud visitabat; sed tantum videre cogitabat, quod cupiebat; quippe- quam mortuus à corde (meme valente in infirmitate) vana, ficta mendacia, viden- do dicebat; quia cogitabat videre, quod cogitabat. Non in visitatione visit, sed sibi tunc iniquitatem congregavit; quoniam visitatio causa officij faciendi propostio charitatis, ut videret & nunciaret, fiebat curiosè ex iniquitate cordis. Sum- mum exhibebatur toxicum, ubi deauraba- tur obsequium: & subdit David: *In hoc cognovi, quoniam voluisti me;* igitur sic cœli invalido favent, nulla venena nocent. Verùm, qui decus erat illorum, quare cupiebant extinctum? In mediò domus suæ perambulabat in innocentia cordis, aver- sabatur prævaricationes facientes: super- bus oculus cum cordis infatibilitate omni- nino ingratus, ad nihilum deducebatur in conspectu eius malignus. Minimè regim- en nisi fidelibus tradidit: peccator ne- quid direxit: & quantanvis illorum esset gloriosus, eximius honor, quando, dicitur, morietur & peribit nomen eius; ut vive- rent transgressores cunctarum legum ad habitum, & illo mortuo, in corruptelis neque habent frænum.

Ubi sup.

18 Adversum me suffurabant omnes inimici mei. Nonne ex murmure timor?

Verf. 6. Tendit in honoris maculam.

Genebr.

Verf. 7.

Verf. 12.

Ubi sup. lubitum.

Ubi sup. Nul-

Nullus profectò. Erat infestus superior, cui lenocinium fingere de David mala, quæ credebatur quanvis ficta: & cum mali- gnus quia impuniore esset dicacior; stude- bat extendere suffurramen, ut ostenderet maximè valere apud Superiorem.

Claudian.

Per cunctas licuit fraudes impune vagari. Creditur, & nimis surgent mendacia monstris.

Car sine fronte?

Nil timet à tergo. Ita de Eutropio Claudianus, lib. 1. à v. 139. Inimici gratis erant, & suffurabant: at quis moveret calamum, erat secretum: equidem adintra serpentium, postquam venena deponunt, clanculum fugiunt. Dice- bat infestus delator, apud Iuvenal. Sa- tyr. 3. v. 122.

Javenal.

Nam cum faciliem stillavit in aurem Exiguam de natura, patriæque veneno; Limine summoqueor.

Job. 40. 16.

De dæmone sub figura Behemoth, dicit Dominus: *Sub umbra dormit in secreto calami.* O innocentia, quot circumscri- ptionibus petita! Malum, quàm dæmon sedet in calamo; sed peius, quando dormit in secreto: igitur tunc dormit quasi otiosus & quiescit; ubi per secretum calami homines glossis verborum conver- tuntur in dæmones. Honori semper consulendum, quia opprobrium non debet accipi adversus proximum: cavendumque dum insigiliter dedecus; ne in calamo se- deat diabolus: tunc enim nuncium à dæ- mone, sedente potiùs in pectore hominis, quàm in secreto perforat arundinis. Vigilat diabolus in calamo, verum dormit in calami secreto. Vigilat in calamo, ut scribatur infamia: dormit in secreto calami, quàm latefacit infamantis notitia: tunc- que diabolus potest securè stertere per ca- lami spatium, totoque sufflare pectore somnissquippe fiducia secreti malignus, & odio qui novitatis avidus, technis super technas, tricus super tricas, uterque faciet improbitate validus, quicquid nec infernus moliturus. Exemplum singularè habetur apud Henric. Gran. in specul. distinct. 9. cap. 93. vaserrimæ vetulæ, quæ perferit trium dierum spatio, quod nan- cisci dæmon invaluit triginta annorum decursu: Hoc est secretum calami, quo crimen haud astruitur probatione; & ten- dit in vindictam, qui expectat è rumusculo notam: diabolusque sedet in calami se- creto, quo delator scribit; quippequam in secreta notitia imposturarum, non videris hominem, sed dæmonium.

Technis a- struit quic- quid vel in- fernum su- git.

Tom. V.

dant. Biblic. legit: *In secreto calami, calami pro aromate.* Ita accipitur illud Iere- mia, 6. 20. *Ut quid mihi affertis cala- mum suavè olemem de terra longinqua?* Idem Ezech. 27. 19. Describitur malitia audientis & denunciantis. Denunciatis, ut ex secreto, calamo sagittet innocen- tem in oculo: igitur si explorat aliquid in rimulam criminis; lingua eius calamus scribæ velociter scribentis, quanvis per dicibulum haud introducat verbum, sed dicibulum. Audientis, ut ex suffurione oriatur viror calami & iunci: iunci, ut vi- bret in vindictam: calami, ut ozena tran- seat in ambrosiam: siquidem species. ex secreto calami illi suaviter olet; quod cunctis graviter ac terrèrime foetet. Ita placet hara ex suffurionis notitia, quam credit fatuus morologus, disponens secre- to per arundinem conductus: etenim spes- cies haud aromatica halans pestilentiam; illi nasuro totam aspirat Arabiam. Suffu- rus nomine odoriferus sed pestis halitus, con- tagium civium; index præcordiorum; cuius studia, nisi vel ipis viderentur per- niciosa, haudquaquam calami rimarentur secreta. Pudet quòd placet, verum non piget: siquidem volant suffurri per con- ductum arundinis, quanvis Republicæ pestes. *Quid est iniquus?* (exclamat Seneca, 2. de Ira, cap. 29.) *quàm secretò credere, palam irasci? Qui dicere tibi nisi clam non vult, penè non dicit.* Imò com- probat innocentiam, dum vomit cordis nequitiam. Hac de causa dicitur: *Sub umbra dormit in secreto calami.* Si au- diens in ius suffurionem constringeret: minimè secreti fide dormiret, sed vigila- ret, disponens custodiam oris, & ostia labijs: cæterum tendit procaciter in au- daciam; quippe in audiente per calamum habet umbram. O tempora! o mores! *In tenebris ambulat. Movebuntur omnia fundamenta terra.* Nihil inveniunt cri- minationi, & via illorum lubricum, & tenebræ: lubricum, quo ignominiosè la- buntur, ut illidantur: tenebræ, quæ im- pingunt, & sese mutuò non noscunt: cæ- terum cum malitia eos stimulet in volu- ptatem ultionis, cessi nihil videant, ut- potè in tenebris; fingenda causa; cæto moveantur omnia terre fundamenta. *In*

Ph. Act.

Præsti en- plicis vnu- scul. quic- quid fecerit, gratum.

Senec.

Ubi sup.

Favet de- trabentia.

Pl. 81. 51

Esti per ne- sul prava- lit iniquitas Genebr.

20 Præter vomitum cordis, urget malignos cuspis acuta curiositatis. Apud Plautum idem est. Ita in *Sticho*, Act. 2. scen. 1. v. 55. inquit:

Flaque

*Curiosus nemo est, quin sit malevolus.* Sentiant conscientia interiora petiminas & satagunt scire, an alij cognoscant ulcera, & in cute & foris ex gravibus operationum cilellis. De Abbate inquit SS. Doctor Monachorum, *Regula Sancti*, cap. 34. *Non sit nimis suspiciosus, quia nunquam requiescet.* Suspicio est opinio mali ex levibus signis. Vide D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. ad 4. Debet esse suspiciosus, sed non nimis: debet esse suspiciosus ex indicij cognitis, ne sit fatuus: ac non nimis, quia debet suspicari experientia, sed non ex odio aut propria malicia: equidem sicut nihil suspicari probabilitate, arguit præfidem fatuum; ita violentè ac præsumptuosè, signat malevolam. Suspicio & est de proprijs & de actibus alienis. Dam de proprijs, propriè de actibus non est; sed suspicionis suspicio: tuncque susurrionibus utitur in secreto; ut nuncient aliorum verba, & per illa cognoscat, an sint patula petimina. De alienis si citra indicia suspicio, semper est præsumptio ex odio: igitur minimè inquireret, quæ occultata sunt; ni ex aversione esset depravatum cor: vitamque explorat hinc inde vigili curiositate, haud quia suspicatur aliquid, sed quia cupit invenire. Alia est suspicio ex malicia propria, quin in suspicatio sit malicia: igitur cum cogitatio sit, qualis unusquisque est; cogitat pravus haud aliter fieri posse, nisi quod ille pravè & faceret & periceret: curiositateque malevolentia, ac malignitate mittit consortes in susurramen, an effectus aptè cadant iuxta propriam suspicionem. Hanc occupationem pessimam deruderunt filij hominum dæmonia, ut occuparentur in ea. Morales audiatur regulas ex Claudiano, quisquis reà lingua abutitur in secreto. Ita ergo succinit, de 4. *Consul. Honor.* à v. 278.

Curiosus est malevolus. S. Bened.

Cur præter susurrionibus?

Quando fas est quando nefas suspicio?

Claudian.

*Neu: dubie suspectus agas: neu falsus amicus.* Rumorismve avidus: qui talia curat, inanes Horrebit strepitus, nullà non anxius bora.



DIDASCALIA II.

Non audit verè, qui ver a non audit.

1 Quisquis quaesierit operosè salutem, debet graviter emulari Samuelem, qui quidem ut vocem audivit, statim evigilavit; imò exprimens animi promptitudinem, respondit ad primam vocem. Audit homo voces quotidie ut convertatur ad cor, & dormit quasi strepitus non sit. Audit, sed furdescit. Quid quòd audiat, modò audit non resurgat? Sese offert insensibiliter statuorum symbolum; aures utique habent, sed non audiunt.

1. Reg. 3. 3. 5.

Peccator audiens furdescit.

Alciat. Emblem. 66. 7. 2. Reg. 7. 22

*En statua statua & ductum de marmore marmor.*

*Audivimus auribus nostris:* dicit David de vocibus ac magnitudine Dei. Audire, & auribus, quorsum? Sunt aures cordis & aures capitis: aures capitis in vocem auditam, aures cordis in vocem obedientiam: & in audiendi ministerium & opus, additur auditus auditus: igitur in auditum perfectum non satis aures, ni in vocem perfectionem inclinentur aures cordis. Canit Crucius, in Psalm. 44.

Alciat. Emblem. 66. 7. 2. Reg. 7. 22

Cruc.

Psal. 44. 11.

*Audi, rem peccatore servo.* Siquidem haud in opus fecundabit verbi femen; si non cor, sed tantum tergit aures. Hinc dicitur: *Audi & inclina aurem.* Volant voces, nec quadrantem auditas quoniam audiuntur sine inclinatione. Vide *Liter.* n. 40. & 41.

2 *Ibid. n. 9. & 26.* diximus, Nilum apud Catadupos tanto strepitu ruere, ut auditus incolarem obstupescat fragore: igitur cum fortioribus sensibilibus corrumpanitur & sensus; ita vehementissimo aquarum præcipitio turbatur auditus, ut nihil nisi strepitum audiant, nihil sine crepita sentiant: imò dum extrà situ pacificò seu silente collocantur, nec audiunt quia sonitum horribilem in auribus fecerunt: ipsique quietem exosi, sine nativo strepitu nequeunt vivere; quoniam quicquid non fuerit fragor, est illis horror. Unde cum verba non intelligant, quia adhuc concitatio tenaciter hæret auri; idem est loqui ad illos, ac non loqui. Idem accidit in mundo, dum sollicitatur peccatorum conversio. *Vana sunt ista, quæ nos movent* (inquit Stoicus, *Epist.* 110) *quæ attonitos habeant. Nemo nostrum quid ve-*

Effectus in Catadupis ex Nili strepitu.

Senec.

*veri esset, excussit. Nemo ausus est, ad id quo perturbatur, accedere; & naturam ac bonum timoris sui nasse. Ad agimus, ut longius revocandi sumus: & cum ignoremus quòd feramur, velociter tamen, illò quò intendimus ire perseveramus.* Duntaxat mundi strepitum audiunt, tumultum inconditum placidissimè sentiunt: cum ad quietis regiones non exeant; quòsi audirent, suis malis exultant, longius avocandi, si revocandi ab errore; quoniam præcipites corruunt, quò non audiant quod non audiunt. Clamat conscientia, ut egrediantur, ut audiant, è Catadupa: verum loquitur ad surdos; quia illos vana quæ movent, ne moveantur ad bona, reddunt attonitos. Clamat punctim in aures interiores, ita ut rauca fiant fauces; ceterum cum tumultus subfonans vanitatum corruerit tympana sensationum; quavis vite æternæ audiant verba in odium criminum, crotalis mundi audientes verborum nec ullum verbum.

Fium peccatores furdi illecebrarum fragore.

Isai. 65. à v. 2.

Haye.

Nebilitas Christi obviritalis in peccatores.

sis contradicentem invitat, totoque tempore clamat; quoniam ostendit pectus in quo requiescere possit, quando peccator respicere velit. *Tota die.* Quando? In cruce, subdit Hieronym. Etiam si corda faxea, huiusmodi demonstratio frangeret corda: siquidem videbatur amans ab illis in cruce, quin defecere amore. Hac de causa populus dicitur incredulus, dum Christus exponitur crucifixus; superante flammæ demonstratione fidem tot gratis dignati: igitur ut nudè illum reciperet pectus; vel in cruce suspensus expandit manus. Christus diligit, peccator amorem odit. Eò magis muneribus crevit dilectio, quò intensius glificbat ingraticudo. Membra amantis in cruce acta & suspensa: verum amoris minimè suspensa dona. Incredulamque dicit eum, qui furiosus in cruce suspendit; quippe illi videbatur incredibile, in cruce pendente amante, quòd præ doloribus in sinitre spirasset, & quod amor spirantis non defecere. Incredible visum ingratitude, quod magis erat in articulo mirabile, provocans pectus in redamationem, eò quòd fides amoris ingrati excederet fidem: siquidem mirabile, quòd dum amans moriebatur, amor in cruce pendentes nullo modo moreretur.

Hieronym.

Admirabilis eius erga ingratos amor

4 *Ad populum non audientem, non credentem & contradicentem.* Videtur contradictio verborum ordo. Si auditis contradicit, profecto audit. Si non credit, & ex auditu fides vel non fides; aurium sine dubio inerat sensationes. Quo ergo pacto non audiebant, si verbis iam auditis repugnabant? Idola erant voluptatis in aurem clamantia, queis deditur corda. Unde cum tumultus fluctum pravatum adorationum cordis obturarent auditum; propter fallacem impellentem voluptatem, veritatis susurrantis nec ullam audiebant vocem: quandoquidem desertores summae felicitatis, huius voces non credentes; pro transitoria voluptatis illecebra, idolis cordis immolabant corda. Audiebant vitiorum voces, ad quas claudere debebant aures, dum præ tyrannide insidiantis vanæ delectationis, viventes habitarent in sepulchris. Voces de caelo intendebant illos educere in vitam, verum voces non audiebant: equidem cum voces mundi confunderent voces cæli; placebat magis habitare, quin resurgerent, in sepulchro voluptatum, quam relinquere sepulchrum. *In sepulchris, ut demonem consulerent, & cum eo colloquerentur:* subdit Alapud, de quo egimus, in

Hieronym.

Admirabilis eius erga ingratos amor

Cur cogita amoris excessu nulla hominis redamatio?

Moriuntur viventes.

Alapud, Ephe.